

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 79.

Elysium-Meum.-Die Martii 13 O^oR. 1809. (Neov. 27 O^oR. 1809.)

Animadversiones de restrictionibus rei commercialis Angliam inter & Galliam.
Non ut olim, Mercatores S. R. Imperii, sed Mercatores Angliae!

Nuper admodum Gallia in declaratione Americanis facta mentem aperuit: „se suas agendi rationes abrogaturam, utprimum Angli suas adversus commercium reciprocum imperiosas agendi rationes aboleverint.”

Verum Anglia externum Galliae commercium imminuet, ad incitas rediget — hoc in parte ei succedet, at una damnum in æquali ratione infert commercio gentium cum Gallia nexu commerciali coherentium; & hic ratio cubat: cur Anglia hac agendi ratione sibi ipsi tantum noceat, quantum hostibus suis. — Plena inconvenientia Systematis: restringendi commercia, duabus ex relationibus se manifestat. *Ex una parte:* Angliæ finis evertitur: quod nihilominus eadem negotia in parte ut ante continuentur, solum aliquot plus minus notabilibus impensis, simulatimque erogatione, aliquo temporis, & difficultatum impendio, (cum sit, ut ajunt, *modus in rebus, jam per fas, jam nefas*) *ex altera parte* agit omne damnum, partim *indirecte* ex quibusvis his, in necessitate subsidiis, & quaestionibus,

condemnationibusque navium, partim ex his ipsis *directe* ortum, in Angliam reaciditque. —

Quod prima memorata ratione Britannis decedit, profecto non minus momentosum est, quam damnum, quod ab ipsis hostibus, *neutralibusque* inferitur. — Multa jam experientia tulit de multifariis vitiis mercatorum systema adprehensionis, suorum pressorum evitandi; at cunctis hæc, necessitatis tempore, mutationes in negotiorum cursu inevitabiliter sumptibus, detrimentoque junguntur, ipse maxime communis belli, & adprehensionis sequela est: quod mercator in belligerante, & mercator in neutrali regno suas functiones intuitu commercii cum propriis mereibus, & quod *ergo commissionem* exercetur, permittent. Exemplo res illustrabitur: Merces, quas alius mercator Gallus ad Hafnensem, aut Hamburg. *Commissarium* suum transmitters (consignare) solebat, has idem ille hæcenus *Commissarius* Hafniæ, aut Hamburgi *ad proprias rationes* adferendas curet, tum destituitur hic *fundo*, quo commercium semper majore opus habet, quam quod vocant, *commissionis*, ejus adjuncta non eo sunt loco: ut *ancipitem speculationis* aleam sustinere valeant — is in suis, quos habet, *nexibus* generatim *Creditum* sibi procurare adnitendum habet, & ad id *aere* opus est, in specie: prior *committens* ejus, amplam fidem (creditum) ei largiri debet, & quamquam hic ad negotia sua in parte salva præstanda, levi pretio vendere debeat, id tamen *aere* in parte solvendum est, contra

committens huc usque in Gallia redundantem summam pecuniariam (fundum), partim inutiliter jacere sinere debet, partim aliis modis lucrosus in regno negotiis applicare, partim suo ad hoc tempus *Commissionario* Hamburgi *erga creditum*, aut *solutionum terminos* interea pro usu relinquere; ejusque vice erga mandatum. (provisionem) emtionis curam gerere. Isdem inconuenientis, mutatis mutandis, *Commisarius* Hamburgi patet, qui cateroquin emtionem pro Gallica mercatorum societate procurauerat, & nunc germanicas merces ad proprias rationes expediendas, atque depositas custodiendas habet, Gallicosque mercatoria demus quæ has merces in *Commissione* debet, quas alias Hamburgo per mandatum procurauerat.

In summa: subitò in *neutralibus* regnis novæ pecuniariæ summæ creandæ sunt, ut id ad proprias rationes procuretur, quod alias medio *Commissionis* perficiebatur, hinc imminutum lucrum, & damnum ubivis. —

Detrimenta quæ naves condemnatæ, & oneratæ percipiunt, damnum, sumtusque, quos *quassitationes* accersunt, sumtuum dilationes, multiplicesque molestiæ, & detrimenta, quæ ex adductis, per adjuncta subsidiis in necessitate, negotiis commercialibus infliguntur, omnia hæc generatim grandem commercii mutationem producunt; quippe: ubi frequentiores majoresque jacturæ majora pericula, difficultateque, & sumtus in negotio aliquo intercedunt, inevitabiliter Legoda

in notabili ratione decrescunt. Una igitur vice *positivum* damnum detrimentumque in rerum proprietate, & negotiis, quæ jam locum habent, & tum impeditum sequitur lucrum in negotiis & mercium transpositione, quæ locum habitura fuisset. — Juristæ dicunt: *damnum emergens, lucrum cessans*. Utrouque ergo ex respectu magne quantitas negotiorum communi commercio eximitur, & his defensus exporrigit se ad omnes ramos ejus in majore, jam minore ratione, & ad omnes quarum interest nationes; Anglia in hoc universali commercio, utpote summa totius externi (subjective pro singulis regnis, externi) Commercialium omnium regnorum, toto omnium inter omnes gentes Commercialium nexuum, Anglia inquam multo magis, quam ullus alius Status emolumentum habet, quæ propter summopere dementer agebat, quod ad imminutionem externi commercii solertissimam operam contulerit.

Si Britannico præpondio maritimo certi commerciales Galliæ rami, partim ex integro diruti, partim admodum diminuti sunt, eadem ratione in *neutralibus* regnis ii commercii rami damnum patiuntur cum gallico commercio connexi, in *neutralibus* regnis itaque in certis occupationum & sustentationum partibus modus promerendi decedit, aut imminuitur, minor distractio mercium efficitur, regnum in quadam parte opificiorum detrimentum patitur, ejus facultas *generatim* emendi imminuitur, in specie minus Anglia quoque

emere potest. Isthoc loco non eorum minorum Statuum *neutralium* paucorum mentio facianda, qui sat conspicua *capitalibus* summis, & ampla navigatione occasione bellorum ab aliis gentibus gestorum commercium suum promoveant, quales urbes Hansiaticæ, Dania, nonnauquam & Hollandia — hodie quoque America borealis, quæ tamen ad usque in commercio Europæorum Statuum *inter se* (cum exclusione commercii Colonialis) nondem notabilem perorazam egit; verum memoriæ subeant alii *neutrales* Status: Polonia, Russia, Turcia, Portugallia & c. p. — Continuo ad modum ampla pars commercii belligerantium, proin & cum iis commercium exercantium gentium perit. — Aliqua pars earum, ad aliquas *neutrales* secedit, at potissima pars ex integro interit. — Hac ratione detrimentum, quod Anglia Gallicano commercio accersit, continuo reidit in Anglicanum! Res hæc perspicua redditur si aliquorum commercialium negotiorum cursus expendatur — exemplum alterum perquam simplex, complicatus alterum, nequaquam tamen ex intricatisimis, rem clariorem reddet. —

Mercator Tergestinus merces Lugdunen. ses adferri curans, easque Monachium expediens cum proventu hujus negotii Theffalonice & Smyrnæ Levantinum emit gossipium, quod Anglis vendidit, ab iis merces Manufacturales emens. Mercatores Græci Theffalonice & Smyrnæ cum promerita pecunia, quam ex mercibus Tergestino venditis perceperunt,

in notabili ratione decrescunt. Una igitur vice *positivum* damnum detrimentumque in rerum proprietate, & negotiis, quæ jam locum habent, & tum impeditum sequitur lucrum in negotiis & mercium transpositione, quæ locum habitura fuisset. — Juristæ dicunt: *damnum emergens, lucrum cessans*. Utroque ergo ex respectu magna quantitas negotiorum communi commercio eximitur, & his defectibus exporrigit se ad omnes ramos ejus in majore, jam minore ratione, & ad omnes quærum interest nationes; Anglia in hoc universali commercio, utpote summa totius externi (subjective pro singulis regnis, externi) Commerciis omnium regnorum, toto omnium inter omnes gentes Commercialium nexuum, Anglia inquam multo magis, quam ullus alius Status emolumentum habet, quæ propter summopere dementer agebat, quod ad imminutionem externi commercii solertissimam operam contulerit.

Si Britannico præpondio maritimo certi commerciales Galliæ rami, partim ex integro diruti, partim admodum diminuti sunt, eadem ratione in *neutralibus* regnis ii commercii rami damnum patiuntur cum gallico commercio connexi, in *neutralibus* regnis itaque in certis occupationum & sustentationum partibus modus promerendi decedit, aut imminuitur, minor distractio mercium efficitur, regnum in quadam parte opificiorum detrimentum patitur, ejus facultas *generatim* emendi imminuitur, in specie minus Anglia quoque

emere potest. Isthoc loco non eorum minorum Statuum *neutralium* paucorum mentio facianda, qui sat conspicua *capitalibus* summis, & ampla navigatione occasione bellorum ab aliis gentibus gestorum commercium suum promoveant, quales urbes *Hansiatricæ*, *Dania*, nonnunquam & *Hollandia* — hodie quoque *America borealis*, quæ tamen ad usque in commercio *Europæorum* Statuum *inter se* (cum exclusione commercii *Colonialis*) nondum notabilem personam egit; verum memoriæ subbeant alii *neutrales* Status: *Polonia*, *Russia*, *Turcia*, *Portugallia* & c. p. — Continuo ad modum ampla pars commercii belligerantium, proin & cum iis commercium exercitium gentium perit. — Aliqua pars earum, ad aliquas *neutrales* secedit, at potissima pars ex integro interit. — Hac ratione detrimentum, quod *Anglia* *Gallicano* commercio accerit, continuo recidit in *Anglicanum*! Res hæc perspicua redditur si aliquorum *commerciorum* negotiorum cursus expendatur — exemplum alterum perquam simplex, complicatius alterum, nequaquam tamen ex intricatissimis, rem clariorem reddet. —

Mercator Tergestinus merces *Lugdunen-*ses adferri curans, easque *Monachium* expediens cum proventu hujus negotii *Theffalonicæ* & *Smyrnæ* *Levantinum* emit gosiopium, quod *Anglis* vendidit, ab iis merces *Manufacturales* emens. *Mercatores Græci* *Theffalonicæ* & *Smyrnæ* cum promerita pecunia, quam ex mercibus *Tergestino* venditis perceperat,

æque minutas merces, aliaque fabricata, quæ Anglicanæ societates ad eorum nundinas tollere, percipere solebant. Mona hiensis cum lucro ex sericeo quæstu redundante, *secundarium* adnectere solebat negotium, vina Rhœnana, aliasque Hollandicæ merces ex, & per Francofurtum percipere; hoc distractarum mercium proventu Francofurtensis hic, vina Rhœnana, & pruna Francofurtensis emit, quæ Hamburgum expedit, ubi venditarum mercium Summa rursus in Anglicanarum Colonialium mercium emissionem convertebatur, hauritione extimi hinc rami, qui Lugduno promanant, complicati hujus negotii, in Angliam iterum conflant, uno jam negotii catenæ hujus anulo rupto, totum collabitur negotium, & Anglia perinde duplicis jacturam fert, quod percepit lucri. — Danur tam multifariæ viæ, per quas quævis commercii destructio Angliæ capiti incidit. — Eveni solet partim ex Anglia ipsa, (quantumvis occasione exportationis secundæ, telonialis præstatio reducenti nulla compensari solet,) sat notabilis quantitas albarum, prælo non subjctorum, gozipinorum textorum (Callicoes) gosipinaque fila, præcipue vero ex Britannica orientali India. Hæc texta Hamburgum feruntur, alias quoque in Hollandiam, in qua urbe, & Augustæ prælo subjiciuntur, fila vero diversis grossis, delicatisque texturis applicantur, quæ postea Hispanicam in Americam expediuntur. — Jam commercio in Americanam Hispaniam per Britannos intercepto, & promerendi modus ipsi

Magne
cialis, t
nique s
tempor
rem vi
tiones ex
jam suf
minus c

De
comme
cialis c
gestinu
& frug
deposit
emtion
Lipsia
dam ex
ribus i

Effi
pli grat
in his n
emuat a
minibus
iterum
commer
effectus
tii comp
canales
bationes
distanti
rendi m
confun
quelæ, c
plurima
habet, u
se diffu

Magnæ decedit Britannia. Negotia commercialia, utut spatiose decurrant, postremum denique semper concurrunt cum Anglia. — Belli tempore Gallici Mercatores e. g. multo minorem vini & frugum quantitatem ad proprias rationes expedire possunt, Germanici mercatores jam sufficienti Capitali summa destituentur, quo minus omnia ad proprias rationes adferri curent.

Dum hac ratione magna pars negotiorum commercialium cessat, totus sequens commercialis cursus evertitur. Hamburgensis aut Tergestinus, ad quem merces hæ expeditæ, vina & fruges hæ, vel in foro homini, qui eas depositas retinuit, aut secundum conjecturas emtiones instituit, quasque rursus Berolinum, Lipsiam, Vratislaviam, Vindobonam, aut Budam expedit, aut mercem directe mercatoribus illorum locorum vendidit, —

Effectus ultra se exporrigunt — Mercator, exempli gratia in exigua quantitate, & ejus socii, qui in his negotiis *accessorium* merendi modum habent, emunt aut Anglieanas, aut alias merces a talibus hominibus, quorum ulterior alia distractio mercium iterum ex Anglia provenit. — Hac ratione ubivis commercialia negotia centuplici modo concurrunt; effectus consistens, aut destructi commercialis negotii computari nequeunt. Fieri non potest, ut omnes canales disquirantur. Id genus commerciorum perturbationes circum quæque produnt, & in remotissimis distantis perniciosam actionem suam; diminutus merendi modus, diminuta mercium distractio, imminuta confusio, restricta res familiaris, sunt effectus, sequelæ, & iterum causæ deficientis commercii, & is plurimam jacturam patitur, qui plurimum vendendum habet, ubivis minus venditur. — Per sexcentos gyros se diffundit omne materiale in universali commer-

cio per omnes provincias & semper plurimum recidit in maximum commercialem Statum. — *Angliam.*

Non perniciosam minus actionem exerant convulsiones Commercii in Europa in facilitatem perfolvendi mercem, quæ ad lucrosam negotiorum tractationem mercatori summi momenti est. — Solutiones *cambiales* sæpenumero efficiunt uberrimam Commercii ultro citroque se explicantis amplificationem mercatorum tum demum plenum integramque suam emolumentum percipit, cum imperturbate ad quemvis sibi opportunum visum locum, ratione, quam commodissimam arbitrat, *trassare* & *remittere* potest. *Campesoriales*, quæ sæpe per longissimos regionum tractus circumferuntur, quasi in vastissima orbita, una personis multis admodum ampla largiuntur in solutione pecuniarum emolumenta, curantque gnæviter mercatores, ut hæc emolumenta in rem suam convertant. Hoc de regione in regionem, de loco in locum vadit, dumque & quando hoc impeditur, detrimenta id genus *adhaerentiae*, prout in quovis commerciali cursu, in multifaria parte sentiuntur.

Britannicæ scopus, commerciales nexus reliquarum nationum, quantum fieri potest ab hostibus suis: Gallia, Hispania, Hollandia quoque abducendi, sibi que soli adplicandi, mediaque ad eum obtinendum: frequentia cum his Scatibus *bella*, semper frustanens futurus est. — Ipsa jam natura adversatur. Gallia tam multa *producta* habet, quæ Anglia partim numquam, partim prorsus non, partim non sufficiente cum successu sibi vindicare poterit. Anglia numquam vina, fruges, oleum aliaque australia *producta* producendo erit. Gallia colit sericum, imo & gosiopium (hujus Cultura hodie incipit) partim domi suæ in provinciis maxime australibus, partim ea percipit ex proxima sibi Italia, & hoc quidem via multo brevior, quam Angli, ex regione Levantina — quare quovis tempore in fabricatione sericearum mercium *dirimentem* maxime *praerogativam* præ Anglia vindicatura est, cum proximitas loci, & arctissimi commerciales *nexus* crudum materiale summa emolumenta ei procurent, ex quo sequitur, eam in fabricatione gosiopinarum mercium quoque Angliam prospere successu aemulaturam.

Helvetia semet sustinuit, paritum ei ab omnibus Statibus etiamsi bello implicitis usque *revolutionem*. At cum ea alius seclorum panditur ordo — regio hæc, Galliæ necessaria fuit; etenim: formidabile, naturaleque munimentum in debillissimo Galliæ limite, servivit antemurali ad versus Germaniam æque præsidio Italiæ. Absque militari Helvetiæ possessione fortassis dies ad Marengo vix aut non mature il lux flet.

Olim absoluta Helvetiæ *independentia*, imo novarum provinciarum extensio, incrementum intrinsecarum ejus virium per arctiorem regiminis formam bellum grave terrestre merebatur. Helvetia Galliæ auctoritati penitus subducta, potius Borussiae & Austriæ potenti ambitu comprehensa, Lombardiam continuo incertam Galliæ possessionem effecisset, foret Germaniæ & Austriæ limitanea arx, proin Europæ orientalis partim munimento sufflet.

Hodie Helvetia pro Europa, ipsa Gallia in ratione militari propemodum ad perfectam nullitatem redacta est. Italia hodie per pilas Tyrolis, & Provincias olim Venetas, magis ac ante munita est; Regna Bavariciæ & Wittenbergæ hodie in ratione politica & militari vicem Helvetiæ sustinent. Helvetia alteram solum defensionis lineam, Bavaria, Wittenberga & Venetia primam constituunt, formantque anteriorem seriem Gallioi Imperii, quod per Austriæ paralellum situm hodie minus, ac olim ex hac parte metuendum habet.

Helveti, iterum dico: olim merebatur

grande terrestre bellum. Inter politicos Coalitionum errores censetur: tam exiguum pretium Helvetiæ dedisse, sequelæ iis horrendissimæ deciderunt, quantum possessio Helvetiæ valuerit; seu rei secundariæ, & ut ajunt, per transitum Helvetiæ, & ejus *independentiæ* mentio occurrit. Sat videbatur plurimumque fuit, occasione Tractatum pacis, ejus *independentiam* stipulari — at Gallicæ potentæ Sphæræ ex integro hoc alpium vallum eripere negligebant omnes. Articulus favens huic negotio, fortassis in perpetuum, — saltim proximis pro generationibus — intermissus est.

Quamdiu Lombardiæ possessio problematica habebatur, arctior *Constitutio* seu Unio Helvetiæ in ratione militari & politica Galliis maximo erat emolumento. Posteaquam vero ea stabilita fuisset, Gallia majore cum emolumento foederationem Cantonum exurgere sivit, quo factum est: ut gratum, priscis moribus adhærentium, Alpicolarum animum sibi pepererit, amicosque lucrifaceret, qui sua reciproca, diversis moribus, legibus, linguis & status ratione conflata æmulatione arctius custoditi, quam ullo externo præsidio.

Circumdata Galliis, Badena, Wittenberga & Baviariæ Italiæque regnis Helvetia, Circulo potentæ Imperii Gallici comprehenditur, spemque *Seculo duraturæ pacis* prospicit. Id genus spes, a terribili, cujus ipsi homines auctores, flagello humani generis immunitatem continens, omnino meretur, ut jactura politicæ *independentiæ* æquius feratur, si mo-

do qui
Helveti
Galliæ
nuit nu
Q
adeo f
beram
quo po
set, —
& Van
leonis
Impera
veners
populi
gæ M
duram
que sa
H
Nihil
nec ip
aucto
A
dem a
maris
tur Ar
adgre
ad id
Briden
rent,
expen
terea
guant,
git; l

do quid æquiore animo ferendum est, quod Helvetia, ex seculis (decisæ videlicet Austriæ Gallique præpotentiæ tempore) reapse tenuit nunquam.

Quod vero *Napoleo* his, per patrias leges adeo felicibus populis Helvetorum Alpium, liberam reipublicæ formam reliquerit, interea, quo potens ejus manus eam destruere potuisset, — quemadmodum similes formas *Genue* & *Venetiarum* diffregit — hoc quidem est *Napoleonis* factum nobilissimum. Helvetæ in hoc Imperante patrem & tutelarem suum genium venerantur, eorumque felicitas ipsis remotis populis, quos citius aut tardius sphæram magnæ Monarchiæ subire contingeret, animam deram metamorphosim tolerandi indit, fidemque salutem eorum præstat.

Hæc hodie felix Helvetiæ conditio est. Nihil eam protectori exosam reddere valebit, nec ipsa *aurea Angliæ*, cuncta licet penetrans, auctoritas.

Antverpia die 28. Aug. Adjuncta nostra eadem adhuc sunt. Cum superiore nocte æstus maris singularis altitudinis esset, expectabatur Anglorum adversus munimentum nostram aggressio; at illi nequidquam moliti sunt, ad id pro more se restringebant: ut castrum *Friederici* aliquot tormentorum ictibus impeterent, absque successu. Ita jam ex 13 diebus expendunt Angli: quid ipsis agendum sit, interea vero, quo ita tempus perpendendo exigunt, Princeps *de Ponte Corvo* rem naviter agit; lustrat copias, metatur castra, defensio-

nis media adparat, qui vigore consiliorum, jussorumque Imperatoris in media offensiva convertenda erunt. Occasione novissimæ lustrationis hodie mane Princeps plures Centurias militiæ nationalis alloquebatur his verbis: „Milites! Sua Majestas Imperator bonæ voluntatis solum homines sub suis desiderat signis, si cui vestrum seria deest voluntas cædendi Anglos, verbo solum opus est, licet ei ordines nostros deserere, & domum repetere, omnes reposuere: Non venimus reversuri domum, sed Anglos videre volumus, nec minimus attentionem, vigilantiam, & promittitudinem Principis effugit. Intra paucos dies in utraque Scaldis ora formidabilis res tormentaria erecta est. Nonnulla nostra munita ex 10 diebus hosti moram injiciunt, & tamen ea post se relinquere non audent. Improvisa hæc impedimenta hostem penitus perturbant adeo: ut nova mandata expectat, mutetque altero die, quæ præcedente inivit consilia Discordiæ inter Generalem Anglicanum Ducem & Admiralem ortæ, causam dederunt, ut ambo revocarentur. Successores eorum non constant. Multi morbi vigent in exercitu Anglicano. Milites terrestres, quorum singuli naves conscendentes binos nummos Guineos acceperant, eos erogare festinant, nunc queruntur: se tamdiu per medium exundantium aquarum traduci. Officiales potissimum juvenes aliis magis, quam belli negotiis occupati. Nulla in dexteritatem suorum Ducum fiducia feruntur. Copiæ disponi-

biles
tes no
Prin
schall
lit.
Valmy
lus D
hic d
Parisi
quada
admo
ditio
iam v
soma
Ar. C
littes
gume
templ
tioule
strun

Gari
set.
bell
Galli
amq
Pitti
habe
land
imm
ob
Rhe
quo
vis

nis media adparat, qui vigore consiliorum, jufforumque Imperatoris in media offensiva convertenda erunt. Occasione novissimæ lustrationis hodie mane Princeps plures Centurias militiæ nationalis alloquebatur his verbis: „Milites! Sua Majestas Imperator bonæ voluntatis solum homines sub suis desiderat signis, si cui vestrum seria deest voluntas cædendi Anglos, verbo solum opus est, licet ei ordines nostros deserere, & domum repetere, omnes reposuere: Non venimus reversuri domum, sed Anglos videre volumus, nec minimus attentionem, vigilantiam, & promittitudinem Principis effugit. Intra paucos dies in utraque Scaldis ora formidabilis res tormentaria erecta est. Nonnulla nostra munimenta ex 10 diebus hosti moram injiciunt, & tamen ea post se relinquere non audent. Improvisa hæc impedimenta hostem penitus perturbant adeo: ut nova mandata expectat, mutetque altero die, quæ præcedente inivit consilia Discordiæ inter Generalem Anglicanum Ducem & Admiralem ortæ, causam dederunt, ut ambo revocarentur. Successores eorum non constant. Multi morbi vigent in exercitu Anglicano. Milites terrestres, quorum singuli naves conscendentes binos nummos Guineos acceperant, eos erogare festinerunt, nunc queruntur: se tandem per medium exundantium aquarum traduci. Officiales potissimum juvenes aliis magis, quam belli negotiis occupati. Nulla in dexteritatem suorum Ducum fiducia feruntur. Copiæ disponi-

biles i
tes no
Primu
schalle
lit. S
Valmy
lus Du
hic di
Patisii
quada
admov
ditio,
iam v
some
G
ali

biles imperio Principis de Ponte Corvo parentes notabilem de presenti exercitum efficiunt. Primum speculatorium agmen Duce Mareschallo & Duce *Conegliano* Candavum adpulit. Secundo præest Mareschallus Dux de *Valmy* *Weselæ*, tertio moderatur Mareschallus Dux *Itrix* (*Bessieres*) *Lilleæ*. (postremus hic die 29. *Aug.* aditurus imperium militare *Parisiis* discessit.) Ita adparitio Anglorum quadam velut magis 4 exercitus creavit. Id admodum dubium: an gigantea eorum expeditio, quæ tot milliones, & fortassis 50,000 iam viros constitit, unquam pro Anglia tam momentosum consecrarium habitura sit, quam Gallia creditio exercitus 100 millium natalis militiæ, cui illa occasionem præbuit, computatis copiis linearibus.

Idio 30. Aug. Rex ex tempore sui re-exercitu singulari opera internæ Stavacat. Declarabat is ministris & Status: animo decrevisse se, quoslibet in vocem victoriæ & officii auri-legitimam potestatem non a-severitate plectendos esse.

nos partim Sua Maj. ad ore, quo Angli & se-concipiebant, iis qui vivisse adversum sit, estitum secularium oneque annua pro Publi Creditopri, jus prætensionis 4 hebdomadam periculo amissio:



nis demonstrare obligantur. Bona seditiosorum, que hæcenus ceu præmonitione instantis periculi sequestro affecta, nunc ad rationes Coronæ fisco addicta. In medio harum innovationum perfecta in urbe quies viget. Quotidie centuriatim Angli capti, & sauciati adferuntur. Eorum numerus ad 3000 æstimatur; totidem adhuc expectantur; ad eos excipiendos, omnia jam præparata sunt. Angli versus Alcantaram consistunt, ac Portugalliam versus tendere videntur reliquæ exercituum ex *Cuesta & Venegas*, nervis deficient ad ocium asylum in australibus provinciis reperendum. Copiæ nostræ torrente hoc æstu aliquantum quiescunt. Sua Majestas sub 18 hujus seqv. memorabile Decretum edidit: „*Don Jos. Napoleon* &c. Considerato eo; quod multi opulentissimi & nobiles viri quamvis personalem iis fiduciam exhibuerimus, & fiduciam, solenniter nobis nuncupaverint, opinione quadam, cui ipsi moderari debuissent, subjici se sive oblivionemque verorum suorum commodorum extenderint: ut factionem Anarchiæ sequerent concessis nostræ morositate ad agnitionem poenitentiam terminis uterentur; audito nullo Status, decrevimus sequentia: 1) Nulli *Grandes* aliique tituli dignitatum intra arborum nostri locum habebunt, quam quos spectandos duxerimus. 2) Qui præsens dignitates gesserunt, confirmatione possunt, eo tamen sub onere; ut tradant. 3) Nullum individuum tituli sui stabilitum fuerit, contractus, aut Contractus, in quibus habentur, nulli & irriti censuræ & Collegia publica, prædicta adhibebunt, nec a quocumque, & a nobis novis decessoribus a nobis confirmati, uti in diversis nobilitatis gradibus prærogativisque iis definitæ sunt; utpote in ordinemque, qui hucusque titulis tantis mutatis.

Subsc. Ego Rex.

Elysiu

Mos

t

i

n

P

Sup

Arch

litter

gum

temp

tious

stru

Star

set.

belle

Gall

amq

Pitt

hab

land

im

ob

Rhe

quo

vis

